

EPITHALAMIVM 85

In festivitatem & honorem nuptiarum

NOBILIS, CLARISSIMI, ERVDITIONE

ac virtutibus perpoliti Viri Dni. HENRICI zum Thale I. V. Doctoris excellentissimi, SPONSI



NOBILIS, LECTISSIMÆ, pudicissimæq; Virginis MARGARIDIS

VVELLINGIÆ, p. m. Dni. GODTHARDI VVELLINGY olim I. V. D. excellentissimi & Syndici Regiæ civitatis RIGÆ clarissimi, filia relicta, SPONSÆ

Anno 1609. die 22. Octob. styl. vet. celebrandarum.

observantia & nova adfinitatis ergò scriptum à

JOHANNE COIEN Rig. Liv.

RIGÆ Livonum

Typis NICOLAI MOLLINI.

M. DC. XI.

In. N<sup>o</sup> 60342

284



KATALOGS



**S**i mihi nunc animus thalami noua dicere iura,  
Atq; tuum, Antistes gemini clarissime juris,  
Carmine condecorare torum, versuq; canoro:

Illasq; in primis dicam, quas auribus hausi  
Voces: cum arboreâ nuper sub fronde sederem.

Scilicet est locus insignis, qui distat ab urbe  
Passibus exiguis: cujus DVNA transfluit oras  
Friguas velox: hinc flumina fluxa, sonantes  
Hinc fontes: umbrosos hinc fruticesq; videres:  
Hinc flores roseos, viridantis gramina campi  
Arbore cum densâ licuitq; hinc cernere: lata  
Tempora ceu veris, dulcis jam ceu foret aetas.  
Hinc ego dum solus longis secessibus erro  
Admirans hujus qua sit praestantia amani  
Integritasq; loci! Siquidem non gramina falce  
Impiger attigerat messor: non hac equus acer,  
Lanigeri vè greges tondebant ore minaci:  
Hac rabies Martis loca non, nec frigore seruus  
Laserat Autumnus: flores mortalis amanos  
Mollibus haud digitis hos unquam carpserat ullus.  
Hinc vagor, hac miror, mentisq; indagine causam  
Scrutor: at invenio nullam: nam respuit omnem  
Et tempus, natura simul: tum fronde quiesco  
Sub viridi, Et mox fessus humi mea membra repono.

A 2

Ecce

Ecce sacro Musa Phabo praecunte sorores  
Huc revenire novem cytharisq; lyrisq; canentes,  
Leticiaq; nova dulces manibus dare plausus.  
It plausus calo : resonant mox undiq; sylva:  
Obstupui : simul atq; arrectis auribus aëto  
Sedulus, & studeo veniendi discere causas.  
Hinc Pater Heroà Phabus gravitate decorus  
In gyrum redigens Musas : medio ipse at aëstans,  
Talia voce refert : Vos ô mea pignora Musæ,  
O dilecta mihi, in quibus est mihi sancta voluptas,  
Linquimus incassum minus (heu) modò culmina celsa  
Parnassi, longas inq; has devenimus oras:  
Huc ubi turrigera RIGÆ spaciola videtis,  
Aggere sat valido, ac altis circumdata fossis,  
Mœnia, qua DVNA veloci præterfuit unda:  
Sed sacra DOCTORIS nunc connubialia agentur  
VALLENSIS, nostro qui non indignus amore est:  
Huic Sponso pia nunc gratantia dicere verba  
Nos decet, & virtutis ad æthera tollere dignas  
Egregia laudes, & amicium encomia clara.  
Guttore nam clauso pie, quis te magne tacebit  
JANE parens Sponsi, gravitate annisq; verende?  
Salvifica populo fidei qui sacra revelas  
Dogmata, prospicis atq; gregi tam sedulus annos  
Jam multos. Onatorum pietate tuorum  
Fortunate senex! gemina virtutibus aucte.

O sobo-

O sobolis! quorum tibi neuter cedit honore:  
Sed velut Oebalij fratres cum Castore Pollux  
Ardentis inter stellas: sic emicat inter  
HENRICVS proceres urbis SIMONE celebri.  
Alter namq; eadem summo complexus amore  
Est studia, & magni mandata verenda JEHOVÆ  
Explicat haud sine laude lelebri & voce desertâ.  
Scilicet est soboli cuidam suprema voluptas,  
Non amor exiguus natis excellere eadem,  
Qua valet, arte parens, veraci Tullius ore  
Ut retulit, fuit Ausonia qui gloria lingua.  
At te sed redeo, Patri qui filius alter,  
OHENRICÆ decus nostri (tu gaudia namq;  
Tanta paras nobis, facis has & visere terras  
Longinquas) nobis teneris benè cognite ab annis,  
Scandere Parnassi tu me duce sæpè solebas  
Culmina: sæpè ego te memini (meministis & ipse  
O vos Pierides) sophia dissolvere nodos  
Difficiles, studioq; levi reddisse solutos.  
Quid? quod & alma Themis, divina Astræa, celebres  
Ad fontis juris te perduxere, plicasq;  
Legibus implicitas docuere resolvere sanctis.  
Te latet haud jus, sunt tibi trita volumina Divi  
JUSTINIANI, et habet quicquid VIATIVS aequi  
Antistes juris: quin omnes novimus istud,  
(Omnia namq; DEOS quisnam nescire putaret?)

A 3

Suntq;



Suntq; tui ingenij dotes, sunt scriptaq; testes,  
Divinaq; theses, IENÆ quas praside claro  
FOMANNO Doctore edisti sedulus olim.

Macte igitur virtutibus, o HENRICE (cohortis  
Gloria summa mea, Musarum viva propago)  
Ingenij postquam tanto impetu ad alta ruebas,  
Tantus t'ingenui te accendit fervor honoris!  
Ecce tibi jam maturos largimur honores,  
En titulos merito, atq; insignia Doctoratus  
Consequeris, viget atq; tuum pernobile nomen.

Egregia hinc Venus alma tibi sua munera, Sponsam  
Offert MARGARIDEN (cunctas virtute puellas  
Qua superat: mores blandi, faciesq; venusta  
Quam decorat: non hac Thisbes, quam Pyrame amasti:  
Non HELENÆ, rapuit quondam quã perfidus hospes  
Jliacus: VENVS ipsa tua non cedit honori  
Præstantis formæ) Doctoris stemmate natam  
WELLINGI, clarus quondã qui SYNDICVS hujus  
Urbis erat: te ò felicem! post funera natos  
WELLINGI tres liquisti; horum fama per orbem  
Vulgatur totum. Salve WELLINGIA proles  
O GODTHARDE, tuo patri es qui filius vnus,  
Et decus t' lumen, patria t' spes unica gentis,  
Nemo tuas claro nescit sub pectore dotes,  
Nescit t' eloquium nemo, ingenijq; vigorem  
Præstantis: satis at, longas præstatq; silere

Nunc

Nunc GODTHARDE tuas laudes: majora canemus  
Olim, sacra cum fulcra jugalia scandes  
Cum sponsa thalami. Salve WELLINGIA proles  
WANDVLA, te HELMESIVS sociã sibi junxit amatam  
PAVLVS, vir clarus, gravitate fideq; Senator.

Tertia salve iterum proles WELLINGIA, salve  
MARGARIS, eximio jam consocianda marito  
DOCTORI, te qui proprio plus corpore amabit,  
Huncq; tuo prudens proprio plus corpore amabis.

At ego quid moror? ò vos turba novena sororum  
Castalides, læta nova nunc gratantia SPONSIS  
Dicite vota novis: vos nunc aptate chorais  
Gratantes: dulces cytharasq; fidesq; sonoras  
Promite: sic nostrum Sponsis testemur amorem.  
Talia fatur Apollo: sacra tum poplite flexo  
Aonides contra ingenno sunt ore locuta:

Scilicet alme Pater, virides qui providus annos  
Impendit studijs, nostros sectatus amores  
Ingenio est solers, vigiliq; HELICONA labore  
Exuperavit, ei, tadisq; haud prospera cuncta,  
Non sponsaq; simul nos exoptemus orantes?  
Quippe tibi Sponso, DOCTOR clarissime juris,  
MARGARIDIq; tua gratamur, dulce canentes  
Totum: sed DEVS altipotens voto annuat ipsus.  
Sis bonus, ò felixq; tuã cum virgine Sponsã  
Sponse decus nostri: vobis pia gaudia, longam

Dei

Det vitam, det opes multas, det cuncta JEHOVA

Prospera: vos adamantina vincula pacis amica

Nectant: aurea vobiscum pax regnet, amorq;

Mutuus, ut vivit placidus cum compare turtur,

(Nobile coniugij exemplar) molles vè columba.

Adsis di va potens Cypri, hos tu junge sodales

Unanimes Sponsos cesto: tuq; omine fausto

Advola Hymen, sertis caput obcingens quate flammæ

Tedisferas, castis prædic felicia Sponsis

Omina: tu velociter huc huc probana J V N O

Auspicijs E' adesto bonis, nunc numine sancto.

Exhilara Sponsos, (viti Sponso MARGARIS alma

MARGARIDE S pariat similes sibi, scænera casti

Sacra tori) hos facito multâ sic prole parentes.

Vos veluti E' Sponsi, vestriq; patres pia nostra

Numina amaverunt: thalami sic pignora vestri,

Sic mancant in nostri religionè nepotes.

Hæc Phæbus Musæq;: tibi nos mittimus illa,

Sponse colende, vagâ nuper sub fronde quiescens

Quæ audieram. (Numeros memini, si verba tenerem!)

Comprecor atq; tuis eadem quæ prospera Phæbus,

Quæ Musæ tædis: facili tu hæc suscipe vultus.

FINIS.




841560

LU Akad. bibl.



817001252

Dat vitam, de qua nullus, sit reus JE HO VA  
 Prostra: vos amantibus vincula parca amica  
 Nescant: amica vobiscum parca regit, amant  
 Adversus, ut vobis placidas, non contempnit timent  
 (Nobile coniugii exemplar) vobis vobis  
 Adsi diuaditna Cypris, de qua vobis  
 De vobis vobis vobis: tunc vobis  
 Ad vobis vobis, tunc vobis vobis vobis vobis  
 Tunc vobis, tunc vobis vobis vobis  
 Omnia: ut vobis vobis vobis vobis  
 Ad vobis vobis vobis, tunc vobis vobis  
 Exultans vobis, tunc vobis vobis vobis vobis  
 MARGARIDE Sparia vobis vobis, tunc vobis vobis  
 Sacra vobis vobis vobis vobis vobis vobis  
 Vos vobis vobis vobis vobis vobis vobis  
 Nunc vobis vobis vobis vobis vobis vobis  
 Sic vobis vobis vobis vobis vobis vobis  
 Haec Phidias vobis: tibi nos vobis vobis  
 Spontis vobis vobis vobis vobis vobis vobis  
 Quae vobis vobis vobis vobis vobis vobis  
 Contemtor vobis vobis vobis vobis vobis vobis  
 Quae vobis vobis vobis vobis vobis vobis



FINIS